GEORGIO CVRTIO

DIEM XXVI. M. OCTOBRIS A. MDCCCL

QVO ABHINC ANNIS VIGINTI QVINQVE

MAGISTRI PVBLICI MVNVS AVSPICATVS EST IN V
SITATE LITTERARIA PRAGENSI

GRATVLATVR

CAROLVS SCHENKL.

INEST

DISPVTATIO DE LOCIS ALIQVOT

EVRIPIDIS HERCVLIS.

PRAGAE.

FRIDERICVS TEMPSKY SVMPTVS FECIT.

FORMIS SOCIETATIS CONSORTIS, QVAE VOCATVR BOHEMIA, PRAGENSIS.

A. MDCCCLXXIIII.



GEORGIO CVRTIO

DIEM XXVI. M. OCTOBRIS A. MDCCCLXXIIII

QVO ABHINC ANNIS VIGINTI QVINQVE

MAGISTRI PVBLICI MVNVS AVSPICATVS EST IN VNIVERSITATE LITTERARIA PRAGENSI

GRATVLATVR

CAROLVS SCHENKL.

INEST

DISPVTATIO DE LOCIS ALIQVOT EVRIPIDIS HERCVLIS.

PRAGAE.
FRIDERICVS TEMPSKY SVMPTVS FECIT.
FORMIS SOCIETATIS CONSORTIS, QVAE VOCATVR BOHEMIA, PRAGENSIS.
A. MDCCCLXXIIII.

Quotiens temporum illorum animo repeto memoriam, quibus in schola Micropragensi magistri fungebar munere, Tu mihi obversaris ante oculos et grata cum recordatione renovo annos illos, quibus Tua mihi uti licebat consuetudine suavissima. Nam cum litteris Hermanni Bonitzii, magistri carissimi atque ad extremum usque spiritum mihi colendi, commendatus ad Te venissem, Tu quae est Tua humanitas non solum comiter me excepisti, sed etiam mox Tuis me adiunxisti familiaribus et studia mea Tuo consilio benigne adiuvisti.

Itaque hoc die sollemni, quem faustis votis Tui concelebrant amici discipulique, et ego gratulor Tibi ex animo id magno opere exoptans, ut quam olim Pragensis, nunc Lipsiensis universitatis lumen atque ornamentum Tibi peperisti et eximia doctrina et egregia adulescentium institutione gloriam, ea diu Tibi in summa vitae prosperitate frui liceat.

Cum antem is mos sit in civitate erudita, ut viro de litteris optime merito, si quando eius modi agatur dies festus, munuscula offerantur litteraria, quae publica sint admirationis observantiaeque documenta, piis quae modo feci votis hoc adiungo opusculum, quod ut benigne accipias impense mihi rogandum est. Constitueram quidem rem aliquam, quae ad grammaticam pertineret, huius disputationis facere argumentum, ut qui Tibi dicaretur libellus ad eam artem, de qua Tu tam egregie meruisti, spectaret, sed negotiorum obrutus magnitu-

dine non potui eum, qui requirebatur in tali, re adparatum instruere. Quam ob rem ex eis, quae iam parata habebam, elegi observationes aliquot in Herculem Euripideam memor temporis illius, quo Pragae in horto ad Nussleam sito, ubi tum rusticabaris, sermones serebamus de locis quibusdam Sophocleis mihi suavissimos.

Huius igitur fabulae usque ad hoc tempus uno tantum utebamur codice, Florentino, quem ut magis perspicua res esset dixi Laurentianum, plut. XXXII. n. 2, ex quo descripti sunt libri quattuor, Parisini 2887, 2817, 2714, Florentinus plut XXXI, n. 1. Nuper de altero, qui est simillimus archetypi Florentini, libro nos edocuit Rudolphus Prinzius, codicem dico abbatiae Florentinae 2664 (172), quem accurate descripsit ille ann. phil. Lips. vol. CV p. 525 ss.

Cuius libri scripturas quae pertinent ad Electram ante hos paucos menses evulgavi ephem. gymn. Austr. vol. XXV p. 82 ss. ea quae peculiaria habet in Helena Heraclidarumque fragmento prope diem in publicum daturus, nunc quae sunt eius in Hercule scripturas, ne longior sim, enotabo ita, ut ubicumque dissentit a Laurentiano, diligenter proponam lectiones discrepantes. Qua in re quamquam magno opere dolendum est codicem Laurentianum a Furia neglegentissime excussum esse neque mihi ipsi, quamvis studiose expeterem, contigisse, ut accuratius haberem hunc librum collatum, tamen nulla puto inde existet ambiguitas vel obscuritas. Id unum addiderim codicis abb. Flor. collationem, quae Aeneae Piccolominii mihi carissimi debetur benignitati, factam esse ad exemplum Nauckianum.

f. 1^{v} * *ὑπόθεσις ἡρακλέους: — ἦλθε. — Τὰ τοῦ δράματος πρόσωπα: ∼ Ἀμφιτρύων: — Μεγάρα. + λύκος: ∼ + ἶρις: + λύσσα. Ἄγγελος. Ἡρακλῆς: Θησεύς: ∼ + εὐριπίδου ἡρακλῆς +*

v. 1 *οἶδε.* — 2 *ἀλκαῖος ποτέ.* — 3 *ἡρακλέως.* — 15 *κυκλωπίαν.* — 21 *εἴτε τοῦ.* — 23 *τενάρου* (corr. *ται*). — 24 *ἐς ἅδου.* — 26

τις (ις in ras.) ἐστὶ. — 27 τίς. — 29 τῶ. — 31 ὄμμα. — 35 ἀνηγμένον (νη in ras.). — 40 δάμαρτ' ὡς. — 44 δώμασιν. — 47 ἡρακλέως. — 49 ἠτήσατο. — 50 οὐμὸς. — 51 χρεῖοι. — 52 ἀστρώτωι πέδω. — 58 μέσος. — 64 οὐκ ἐν ὄλβῳ (ω m_2). — 68 ἐπίδημον. — 73 οὐδ' (m_1, οἴδ' m_2). — 74 σωτὴρ. — 76 ζητοῦσι (ζ m_2 in ras.). — 78 om. τ'. — 83 κρείσονες (σ alterum adiecit m_1). — 87 χρόνω. — 90 τί προσδεῖς. — 94 ὃν (m_2 ὧν). — 97 τὲ τ' ἂν. —οὑμός. — 98 τέκνον. — 106 αἰεὶ. — 114 ἰὼ τέκνα τέκνα. — 121 φέρων. — 126 πόνοισιν. — 127 ὦ. — δόρατα. — 133 om. δὴ. — 134 ἀπήχεται (ut videtur). — 142 καθέστηκ'. — 145 ἄδη. — τόνδε. — 146 ὥσθ'. — 148 καινοὺς. — 149 τέκοι νέον γόνον. — 151 κατείργασται (στ in ras.). — 154 βραχίονος φήσ'. — 155 οὕνεκα. — 169 δεδραγμένων. — 175 δειλίαν m_2 (δειλίας ut videtur m_1). — 176 μάρτυσι. — 178 βλαστήμασιν. — 185 νύμφην τ' (νυμ m_2 in ras.). — 189 γίνου. — 190 δοῦλος ἐστὶ. — 191 μὴ 'γαθοῖς. — 193 θραύσας δὲ. — 198 ἀμύνεται (ύνε in ras.). — 199 τοξεύμασιν. — 203 μὴ 'κ. — 204 λόγοισι. — 208. τ'ἄγκον'. — 210 εἵνεκα. — 216 θεοῦ. — μεταβαλόν. — 218 γαῖα (γ in ras.). — εἴσ' m_1 (εἴ^σσ' m_2). — 219 τοιαῦθ'. — 220 μινύαισι (μινύ in ras.). — 222 ἀνέξομαι ποτέ. — 224 χρὴ. — 226 ἐμόχθησας. — 227 τάδ' οὐ. — 228 φίλον. — 229 ψόφων. — 234 πέρας. — 236 om. ΧΟ. — οἱ 'γαθοὶ. — 237 τίς. — 240 οἱ (m_2 in ras.). — 241 δρυὸς (υὸς in ras.). — 242 ἐπειλὰν m_1 (— δὰν m_2). — 243 βωμῶν. — 244 πυροῦται (m_1, —τε m_2). — 246 τανῦν (in ras.). — 252 ss. Amphitryoni tribuuntur. — 255 αἱρεῖτε (in mg. ἀρεῖτε). — 256 καθαιματώσεθ' (θ' m_2 in ras.). — 259 οὐδἀπόνησα (m_1, οὐδ' ἀ 'πόνησα m_2). — 274 ἄν σε. — 279 ἦν. — 282 ἀναγκαίωι τρόπωι. —

λοῖς

284 δὴ. — 286 οὔ μοὶ. — 301 ὑπολαβὼν φίλ' ἂν τέμοις. — 302 εἰσῆλθέ (λ m_2). — 313 ἦν τίς σ'. – 328 om. ἡμῖν. — ὑπουργήσης. — 336 ἀθλίωι. — 340 τῶν νεὼν. — 341 ἧσσων. — 351 πλήκτρῳ. — 352 ὄρφνην. — 355 μόχθ(ras.)ων. — 364 ὀρεινόμων. — 370 θεράπναι (m_1, θεράπαιναι m_2). — 371 τ' ὁμόλας. — 379 οἰνο^α τίν'. — 384 καθ' αἷμα. — γέννσι. — 386 ἀργυρορρύταν (ρ m_2). — 387 διεπέρασ' ὄχθον. — 396 μηλοφόρων. — 399 ἀμφελικτὸν. — 403 μέσαν. — 406 ἀστερωπούς. — 412 ἀγορῶν. — 421 ἐξεπύρωσε. — 427 ἔπλευσεν αἴδαν. — 436 ἡβῶν. — 439 πρόπαρ (?) ἔσταν. — 441 εὐδαίμονας. — 442 εἰσορῶ. — 453 ἄδον. — 454 νεκρὸν. — 456 τένων. — 459 φεῦ

cum versu sequenti coniunctum. — 460 ἐξέπεσεν (m_1, —αισεν m_2). — 474 τριπτύχους (m_1, —χοις m_2). — 484 ἄδην. — 491 ἄδη. — 492 ὄλλυμμαι. — 497 εὐτρεπῆ. — 499 τοῖσι δ'. — 507 αὐτοῦ. — 514 ἔα cum versu sequenti coniunctum. — λεύσσω. — 517 λεύσσομεν. — 528 τέ. — συμφορὰς τινας. — 535 τῶνδ'. — 537 τάμ'. — 549 τάτ'. — 557 αἰδὼς δ'. — 562 ἄδου. — 564 ὄμμασι. — 575 χερόντων (m_1, χαι m_2). — 587 Megarae tribuitur. — 588 δὲ (m_2 s. v.) — 590 πάλιν. — 594 ἐχθρὸς (m_1, ἐχθροὺς m_2). — 597 πεπτωκότας m_1 (—κότα m_2). — 611 τρικάρανον. — 619 ἐξ ἄδου. — 626 μοι (οι m_2). — λάβε. — 627 τέ. — 628 φευξειῶ. — 629 ἃ cum versu sequenti coniunctum. — 634 παῖδας (ας ut videtur m_2). — 640 κεῖσαι. — 643 ἀσιητίδος. — 658 ὅσοισι. — 660 καὶ θνατοὶ ἐς αὐγάς. — ἀελίου. — 665 τῷδε τούς. — 674 ταῖς μούσαις. — 676 ἀμουσίας. — 683 ἑπτάτονον. — 684 αὔλω. — 696 om. ὁ. — τὰς δ' εὐγενείας. — 699 ἔθηκε. — 702 δαρὸν ἐξότου. — 710 ἀνάγκη προστιθεὶς. — 720 κόμιζε δωμάτων. — 736 ἐς. — 737 παλλίρρους. — 741 ὕβρις. — 745 ἔμολεν. — 746 ἤλπισε. — 748 τίς. — 752 βοᾶ φόνον φροίμιον στενάζων ἄναξ. — vv. 757. 58. 59 tribuuntur Lyco. — 760 ἐστὶ. — 777 οὔτις. — 778 εἰσορᾶν. — 779 ἀνομία. — 781 ἰσμηνῶ στέφαναφόρα. — 787 σὺν ἀοιδοὶ. — 790 δενδρῶ τι. — 791 ἑλικωνιάδων. — 792 κελάδωι. — 793 πόλι. — 805 ἔδειξεν ὁ. — 808 λιπὸν. — 810 ἡδὺς γένει. — 816 πίτυλον (ί in ras.). — 821 om. τῶν. — 822 σὺν δ' ὁρῶντες. — 828 τὸ χρή. — 829 νῦν. — 833 ἄτεκτον σὴν λαβοῦσα. — 837 κείνη (ut videtur m_1, κ(ras.)ίνει m_2). — ἐξίει (ίει in ras.). — 840 οἷος ἔστ'. — 843 λύσσ. — 845 τιμὰς ἔχω. — 859 δὴ (ut videtur m_1, δεῖ m_2) δὲ (m_2 in ras.). — 860 κυνηγέτη (η in ras.) — 861 οὕτως. — 863 σταδιοδραμοῦμαι. — ἡρακλέος. — 865 κτανὼν. — 866 ἔτικτεν αἱρῶν. — 867 ἦν. — 868 γοργωποὺς (ω m_2). — 870 δεινὸν. — 871 καταυλῖσω (ῖ in ras.). — 874 ἡρακλέος. — 875 ὀτοτοτοτοτοῖ. — ἀποκείρετε. — 876 πόλεος (m_1, πόλεως m_2). — 877 εὐεργέτην. — 878 μανίαισιν λύσσας. — 885 μετέβαλε. — 886 ἐπνεύσατε. — 887 s. ἰώ μοι μοι μέλεος τὸ σὸν ἰὼ ζεῦ: γένος εὔγονον. — 889 λυσσα δέ σ' ὠμόβροτος ἀποινόδικοι (ἀ in ras.). — 890 ἐκπετάσσουσιν. — 891 ἄπερ (ut videtur m_1, ἄτερ m_2). — 900 αἲ αἲ. — 901 αἲ αἲ. — 902 παῖ. τάν τε. — 903 τέκνα. — 906 ἢ ἤ: — ὦ διὸς παῖ. — 907 μελάθρω. — 908 ἐγκελάδωι. — Versibus 909—916 nulla addita est personae nota, versui 917 adscriptum est χὸ. — 909 σώματα. — 913 αἲ αἲ. — 915

χέρες: ὦ. — 917 ἄταν ἄταν. — 919 ἔσυτο. — 924 ἐξέβαλε (m_2 in mg.). — 926 μέγαρα. — 929 βάψειεν. — τόκος. — 930 σιῶπῇ (σ m_2). — πάρος. — 935 παραπεπληγμένωι. — 936 θυμῷ. — 941 ῥιπτεῖτ᾽. — 944 δικέλλας (ς m_2). — 953 κάτω (ω in ras.). — 961 αὐτοῦ. — 966 om. σ᾽. — ἐβάκχευσεν (ν m_2 s. v.). — 968 ψαύνειν. — 970 ἑαυτοῦ (ἑ in ras.). — παισί (αισί in ras.). — 971 οἱ (in ras.). — 972 ὤρουεν. — 975 τέκνον. — 978 τό(ras.)ρευμα. — 980 ἐκπνέων (έω in ras.). — 983 ἐκτείνων (ἐκτίνων corr.) — 984 ἀμφιβωμίαν. — 988 ἀποκτείνηις. — 990 ἀγριωπὸν (γ in ras.). — 995 δυεῖν (δυοῖν corr. m_1). — 997 κλήιει. — 999 κάκβαλὼν τος (λ m_2). — 1002 ἐφένετο (αι m_2). — 1005 μαργον ἔσχε. — 1006 πίτνει δ᾽ ἐς. — 1007 κατάξας (κ m_2 in ras.) ὅς (ὥς m_2). — 1010 δρασμῶν (σ m_2 s. v.). — 1017 τοτὲ. — 1018 ἑλλάδι τῶν Δαναοῦ. — 1026 γόνον. — 1027 τὸν αἰδα. — 1031 ἰώ μοι μοι. — 1034 εὕδοντος. — 1035 περὶ δὲ δεσμὰ. — ἁμάτων. — 1038 ἀνήμμεν᾽ ἀμφὶ κίοσιν οἰκεῖν. — 1041 διώκων λύσιν. — 1042 σίγα σίγα. — 1043 ἐάσετ᾽ ἐκλαθσεθαι. — 1045 κατὰ σὲ. — 1050 εὐνὰς. — 1052 ὅδε. — 1056 καταράξη. — 1059 σίγα. — 1067 αἶ αἴ. — 1068 σίγα σίγα. — 1074 τάλας φεύγω. — 1076 ἐριννύσι. — 1081 ἀπόπρο. — 1084 βαλὼν (βα m_2 in ras.) — 1086 ἤχθ(ras.)ηρας. — 1087 κακὸν (κακῶν m_2). — 1088 ἔα cum versu sequenti coniunctum. — v. 1089 ultimus est in f. 10ʳ, idem legitur repetitus in f. 10ᵛ. — 1098 τόξα δ᾽. — 1100 ἔσωζε (ωζε m_2 in ras.). — 1101 εἰς ἄδου πάλιν. — 1103 πτερὸν. — 1110 προδῶς. — 1115 ἀκανθεὼν τίς εἶπαθ᾽ οἶ. — 1116 μέγας δ᾽. — 1118 εἴ (m_2). — βίωι. — 1119 μὴ καθ᾽ ἄδου. — 1126 σιωπὴ (—πῇ m_2). — 1128 εἴ τι. — 1133 ἔσ..ευσας. — 1134 διώλεσε. — 1138 δάμαρτος εἰμ᾽᾽ γὼ φορεὺς (φονεὺς m_2). — 1140 αἲ αἴ. — 1142 βάκχευσ᾽. — 1143 δυστυχεῖ. — 1148 ἅρματα. — 1157 οἴμι (m_1, οἴμοι m_2). — 1174 ἀφεῖμαι. — 1175 ξυνάορον. — 1177 ἄλλότι. — 1181 οἷς (m_1 s. v.) — 1182 ἴνις. — 1183 φόνιον. — 1187 οἰχόμεθ᾽ οἰχόμεθα. — 1189 μαινομένωι. — 1193 ἦλθε σὺν θεοῖσι. — 1194 πέδον. — 1196 οὐκ ἂν εἰδείης. — 1199 αἰδόμενος (m_1, αἰδθμ. m_2). — 1201 αἷμα τέ. — 1205 πέπλον (πε m_2 in mg.. ο in ras.). — 1211 θυμὸν ὅπως. — 1214 omissa est personae nota. — 1216 ἴδ᾽ εἰ σκότος (m_1, ἴδ᾽ εἰσκότους m_2). — 1219 προσφευμάτων. — 1224 ἀπολαύνειν. — 1228 τὰ τῶν θεῶν. — vv. 1236 et 1237 eodem collocati sunt ordine quo leguntur in exemplo Nauckiano. — 1239 δέ γε ἄλ-

λους. — 1240 ἄπτημι. — 1242 μέλει τί. — 1245 γέμω. — 1254 ἂν ἀνάσχοιθ'. — ἀμαθίαι. — 1274 παλιβλαστῆ. — 1277 ἄδου. — 1285 ἐπεὶ (εἰ m_2 in lit.). — 1289 ἔκτεινε ποτέ. — 1291 κεκλημένωι. — μακαρίωι. — 1292 ὦι. — 1294 οἶμαι ποτέ. — 1299 μὴδ' ἕν, — ἑλλήνων βορᾶ. — 1300 ἐν τοῖσι δ'. — 1304 κρόουσ' (m_1, κρού m_2). — 1306 αὐτοῖσι. — 1308 προσεύχοιτ'. — 1315 εἴπερ (περ in ras.). — 1322 ἔκλιπε. — 1327 κνώσσιον. — 1332 ἐξογκώμασιν (γ m_2). — 1335 τυχεῖ. — 1356 βαλεῖν initio versus 1357 positum. — 1368 ὤνασθ' (ὠν m_2 in ras.). — κακῶν. — 1379 προσπιτνόντ'. 1388 τί. — 1397 φεῦ cum versu sequenti coniunctum. — 1407 δή τι. — vv. 1412, 1414, 1416 et πρόσβαινε v. 1418 tribuuntur Amphitryoni. — 1419 θάπτ'. — 1426 βούλεται (ται in ras.). — * εὐριπίδου ἡρακλῆς * f. 13v.

Habes codicis scripturas diligenter enotatas etiam levissimas paucis exceptis, de quibus in universum dixisse sufficiet. Omissum enim est plerumque iota quod vocant subscriptum, item cacumina quae interdum adiecta sunt manu altera, in crasibus quae dicuntur a grammaticis binas librarius posuit coronides, veluti v. 1245 κοὐκέτ', denique in diverbiis, ubi singuli singulos excipiunt versus, binos tantum priores notavit personarum nominibus adpositis, ceteris lineolas adpinxit. De altera autem manu scripsit Piccolominius eam non differe a priori nisi atramento helvolo, unde veri simile est librarium ipsum, cum absolvisset fabulam, recognovisse eam ac scripturae menda correxisse.

Ex his igitur quas modo adtulimus lectionibus intellegitur codicem abbatiae Florentinae in hac quoque fabula simillimum esse Laurentiano atque ex eodem quo ille manavisse fonte. Laurentianus autem quamquam in universum aestimanti melior sine dubio videbitur, habet tamen et hic scripturas quasdam peculiares, quibus aut continetur verum aut certior emendandi via monstratur, veluti v. 78 πᾶς ἀνίστησιν (τ' expulerat iam Kirchhoffius), 90 προσδεῖς (idem coniecit Musgravius), 121 φέρων (quod legitur in Aldina), 127 δόρατα (quae Tyrwhitti

est coniectura), 207 τί σ' οἶδ' (idem restituit Reiskius), 210 εἵνεκα, 228 φίλον (idem scriptum est in ap. Par. sec. m_1), 259 οὐδ' ἃ πόνησα (idem restituit corr. ap. Par. sec.), 341 ἥσσων (apice vera indicatur lectio, quam iam Fixius invenerat), 371 Ὁμόλας, 384 γέννσι, 396 μηλοφόρων (idem coniecit Wakefieldius), 399 ἀμφελικτὸν, 528 συμφορὰς τίνας (idem legitur in app. Parr.), 619 ἐξ Ἅιδου (quae est Canteri coniectura), 628 φευξειῶ (φευξείω Porto debetur), 661 ἐς αὐγὰς (εἰς αὐγὰς scripsit Musgravius), 665 τῶδε τούς (τῷδ' ἦν τούς invenit Porsonus), 676 ἀμουσίας (idem legitur apud Stobaeum Flor. LXXXI, 5, ubi itidem ut in hoc libro ταῖς additum est ante Μούσαις), 745 ἔμολεν (eadem est ap. Par. sec. scriptura), 791 Ἑλικωνιάδων (quod ex coniectura restituit Barnesius), 821 μοι πημάτων (τῶν iam expulerat Fixius), 860 κυνηγέτη (κυνηγέτῃ ap. Par. sec. m_2), 917 (adscripta est chori nota, in eodem versu codex cum ap. Par. sec. habet ἄταν ἄταν), 919 ἔσυτο (quod restituit Hermannus), 929 βάψειεν, 1018 τῶν Δαναοῦ, 1041 διώκων λύσιν, 1043 ἐάσετ' ἐκλαθέσθαι (sic emendarunt Barnesius et Hermannus codicis Laur. scripturam depravatam), 1045 κατὰ σὲ (idem coniecit Elmsleius), 1126 σιωπῇ (quae est Heathii coniectura), 1187 οἰχόμεθ' οἰχόμεθα (idem legitur in ap. Par. tertio), 1193 ἦλθε σὺν θεοῖσι (unde patet σὺν non esse ex Musuri coniectura illatum), 1196 οὐκ ἂν εἰδείης. 1199 αἰδόμενος (idem scripsit Hermannus), 1211 θυμὸν ὅπως (θυμὸν ὡς coniecit Elmsleius), 1236 et 1237 iusto ordine leguntur in hoc libro, 1245 γέμω.

Ex iis, quae modo exposuimus, colligitur hunc codicem, quamvis sit quasi frater geminus Laurentiani, tamen ex eo descriptum non esse. Quae res eo videtur confirmari, quod hic liber, quantum ex Furiae collatione licet colligere, cum interdum conspiret cum altera in Laurentiano manu, veluti vv. 255, 301, 497, 863, 1216, unde conicias duplices illas scripturas

iam in archetypo fuisse, pluribus locis consentit cum manu priori, veluti vv. 226, 229, 379, 752, 777, 778, 866, 876.

Atque haec de codice abbatiae Florentinae. Adgrediar iam eam, quam ante pollicitus sum, de locis aliquot huius fabulae disputationem, qua in re, ne sine ullo fructu et utilitate repetam quae iam ab aliis dicta sunt, summae studebo brevitati iis tantum, quae omnino necessaria esse videntur, expositis.

V. 19 s. *καθόδου δίδωσι μισθὸν Εὐρυσθεῖ μέγαν*
ἐξημερῶσαι γαῖαν.

Infinitivum *ἐξημερῶσαι* Matthiaeo praeeunte explicant ita, ut eum per appositionem quam vocant grammatici adiectum esse dicant; terram enim pacandam fuisse Herculi, ut ea re tamquam pretio redimeret sibi in patriam reditum. Sed quae adtulit ad explicationem illam confirmandam Pflugkius exempla minime apta esse existimo, cum in iis omnibus agatur de rebus futuris, hoc autem loco de praeterita neque *δίδωσι* idem sit quod *ὑπισχνεῖται.* Quam ob rem vide, num una litterula immutata scribendum sit *ἐξημερώσας.* Frequentissima enim in libris manu scriptis est litterarum *ι* et *ς* confusio.

V. 53 s. *ἐκ γὰρ ἐσφραγισμένοι*
δόμων καθήμεθ' ἀπορίᾳ σωτηρίας.

Tmesim statuunt interpretes *ἐκ* cum *ἐσφραγισμένοι* coniungendo, ut sit *ἐξεσφραγισμένοι,* quod significare putant 'exclusi'. Sed talis verbi *ἐκσφραγίζεσθαι* usus nullum omnino inveneris exemplum, unde rectissime suspectum sibi videri *ἐσφραγισμένοι* dixit Nauckius. Lenissima igitur lectionis traditae immutatione scripserim: *ἐκ γὰρ ἐσφραγισμένων δόμων καθήμεθ'.* Nota est dictio *ἐκ τοῦ μέσου καθῆσθαι,* cuius dictionis quae inveniuntur in Herodoti libris exempla congessit Kruegerus ad Herodot. III, 83, 2.

Paullo maior est corruptela in v. 65 s.

ἧς μακραὶ λόγχαι πέρι
πηδῶσ' ἔρωτι σώματ' εἰς εὐδαίμονα.

Quos volgo interpretantur ita, ut Euripidem, cum satis esset ἧς πέρι vel ἧς ἔρωτι, utrumque coniunxisse dicant. At si quid video ἔρωτι ita positum absurdum est atque indignum Euripide, quem, si ita locutus est, balbutisse potius quam aperte et plane dixisse statuas. Recte igitur Nauckius sanos esse hos versus negavit. Ac videtur corruptela inesse verbis πηδῶσ' ἔρωτι, in quibus nihil aliud latere puto quam πηδᾶν ἐρῶσι. Si enim proclivi satis errore pro ἐρῶσι legebatur ἔρωτι, quid quaeso restabat, nisi ut πηδᾶν mutaretur in πηδῶσι. Imitatus est ut solet Euripides Homerum, qui de eadem re dixit δούρατα λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι Il. XI, 573, XV, 317, quibus locis adde Il. XXI, 168, et διστὸς ἐπιπτέσθαι μενεαίνων Il. IV, 126.

V. 101 κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ συμφοραί

scribendum esse videtur βροτοῖσι συμφοραί.

In carmine suavissimo, quae est parodus tragoediae, post versus illos, quibus ut reddantur sibi iuventutis vires exoptant senes, abrupta quodam modo nec satis apta videtur esse illa Herculis puerorum descriptio, quae continetur v. 130 ss.:

ἴδετε πατρὸς ὡς
γοργῶπες αἵδε προσφερεῖς
ὀμμάτων αὐγαί.

Quae cum ita sint, non abhorret a veri similitudine versus 130 ss. non pro epodo habendos esse sed pro antistropha atque stropham ipsam intercidisse. Qua quid exposuerit Euripides, haud facile divineris; non sine veri tamen conicias specie duriorem illam, qua conflictabatur domus Herculis, fortunam a choro accuratius explicatam esse. Tali enim sententiae aptissime adiungantur ea quae dicunt senes in antistropha, Herculis pueris in summa etiam calamitate mansisse illam animi, quam a patre acceperint, ferociam faciemque ipsa generositate decoram.

In Lyci oratione, quae continetur versibus 140—168, non satis aptas esse inter se singulas sententias neminem puto

fugiet, qui accuratius eam perlegerit. Nam neque quae exponuntur inde a versu 151 bene congruunt eis quae praecedunt, neque *ὅς* v. 157 habet ad quod apte referatur, nisi cum interpretibus statuas ex *Ἡρακλείους* eliciendum esse *Ἡρακλῆς*, quod duriusculum sane videtur, neque quae v. 165 ss. dicit Lycus satis arto cum eis quae proxime antecedunt coniunguntur vinculo. Adde quod praepostere posita sunt illa quae vv. 157 ss. Lycus obiectat Herculi probra, quod homo sit ignavus et imbellis nec dignus tanta qua fruatur fortitudinis fama, cum iam ante singula Herculis cum feris descripta sint certamina. Debebat certe Lycus primum negare in universum Herculem feris aliquot deiectis ullum virtutis edidisse specimen, deinde singulas quas sustulisset ille feras enumerare. Unde haud temere conicias in hac oratione membra quaedam librariorum neglegentia in aliena loca translata esse. Quam ob rem vide, num iustus restituatur sententiarum singularum ordo, si mecum hanc earum statueris seriem ab Euripide esse profectam:

150 *σὺ δ' ὡς ἀρίστου φωτὸς ἐκλήθης δάμαρ.*
157 *ὃς ἔσχε δόξαν οὐδὲν ὢν εὐψυχίας,*
θηρῶν ἐν αἰχμῇ, τἄλλα δ' οὐδὲν ἄλκιμος,
ὃς οὔποτ' ἀσπίδ' ἔσχε πρὸς λαιᾷ χερὶ
οὐδ' ἦλθε λόγχης ἐγγύς, ἀλλὰ τόξ' ἔχων,
κάκιστον ὅπλον, τῇ φυγῇ πρόχειρος ἦν.
ἀνδρὸς δ' ἔλεγχος οὐχὶ τόξ' εὐψυχίας,
ἀλλ ὃς μένων βλέπει τε κἀντιδέρκεται
164 *δορὸς ταχεῖαν ἄλοκα τάξιν ἐμβεβώς.*
151 *τί δὴ τὸ σεμνὸν σῷ κατείργασται πόσει,*
ὕδραν ἕλειον εἰ διώλεσε κτανὼν
ἢ τὸν Νέμειον θῆρ'; ὃν ἐν βρόχοις ἑλὼν
βραχίονός φησ' ἀγχόναισιν ἐξελεῖν.
τοῖσδ' ἐξαγωνίζεσθε; τῶνδ' ἄρ' οὕνεκεν
156 *τοὺς Ἡρακλείους παῖδας οὐ θνήσκειν χρεών;*

165 *ἔχει δὲ τοὐμὸν οὐκ ἀναίδειαν, γέρον,*
ἀλλ᾽ εὐλάβειαν . . . .,

Patet jam singula melius inter se cohaerere membra. Aptissime enim cum verbis *ὡς ἀρίστου φωτὸς ἐκλήθης δάμαρ* coniunguntur probra in Herculem collata, removetur ea, quam supra adtigi, de inepta ante sententiam generalem, quae continetur versu 156, certaminum singulorum commemoratione reprehensio, denique quam bene versui 155 s. adnectantur illa quae dicit Lycus, se non crudelitate in ea re, sed cautione uti, nemo non potest intellegere.

Versuum 169 et 170

χρήζω λιπέσθαι τῶν δεδραμένων δίκην.
τῷ τοῦ Διὸς μὲν Ζεὺς ἀμυνέτω μέρει

exitus laborant. In quibus cum excidissent verba ultima, librarii, dum suo Marte explere conantur lacunas, ineptissimas illas scripturas intulerunt *δίκην* et *μέρει*. Quarum altera fortasse debetur illi *μέλει*, quod legitur in v. 171. Quod in versum antecedentem translatum post ea mutatum est in *μέρει*. Et *δίκην* iam notavit Matthiae, *μέρει* interpolatoris esse intellexit Nauckius. Jam quod adtinet ad *δίκην*, nolim id mutare cum Hartungio in *κακῶν* vel cum Herwerdeno in *πικρούς*, sed verum esse puto *πάρος*, quod optime respondet verbo *λιπέσθαι*. Pro *μέρει* autem, cum latius grassata esse videatur librariorum hoc loco corrigendi temeritas, restituerim *γόνῳ*, receptis simul Nauckii, qui pro *τῷ* scripsit *τὸ*, et Herwerdeni, qui v. 171 *παιδὸς* mutavit in *αὐτός*, quo pronomine aegre caremus, coniecturis elegantissimis.

Verba quae leguntur v. 178 s.

ἐν οἷς βεβηκὼς τοῖσι γῆς βλαστήμασι
Γίγασι, πλευροῖς πτήν᾽ ἐναρμόσας βέλη.

nullam omnino admittunt constructionem grammaticam. Quis enim sequatur interpretes, qui aut *γίγασι* adiectivi habent loco

et cum πλευροῖς coniungunt aut πλευροῖς per adpositionem voci Γίγασι adiectum esse putant? Nauckius igitur corruptelam inesse huic loco ratus pro ἐν οἷς βεβηκὼς coniecit ἐν οἶσι συμβὰς vel ἐν οἷς βεβηκὼς in οὗ συμβεβηκὼς mutandum esse censuit. Sed et per se displicent coniecturae illae (quis enim crediderit Euripidem ἐν οἶσι συμβὰς vel οὗ συμβεβηκὼς scripsisse) et audaciores quam quae probari possint videntur. Quam ob rem post v. 179 veri similius est versum intercidisse.

V. 257 ἄρχει κάκιστος τῶν νέων, ἔπηλυς ὤν;
verba τῶν νέων, in quibus explicandis frustra elaboraverunt interpretes, corrupta esse sensit iam Piersonus. Qui ἐγγενῶν scribendum esse censuit haud inepta, si sententiam spectas, coniectura; bene enim opponuntur inter se ἐγγενῶν et ἔπηλυς ὤν. Sed lenior etiam adhibenda est in versu sanando medicina, τῶν νέων mutando in τῶν ἐμῶν. Quae verba apte opposita sunt et eis, quae proxime secuntur ἔπηλυς ὤν, et eis quae leguntur in v. 258 οὐκ ἐμοῦ γε δεσπόσεις.

Post versum 274 brevis excidisse videtur Lyci choro respondentis oratio. Non enim decebat regem talia hominum, qui imperio eius subiecti erant, convicia quieto ferre animo, praesertim illum, qui tam insolentem se praeberet ac superbum. Poterat dicere Lycus se minas senum Thebanorum ut hominum obtusorum ac desipientium non magno opere curare nec puniturum esse eos, cum illa in conviciando licentia ipsa animi imbecillitate quodam modo excusaretur.

V. 386 s. haec leguntur in Laurentiano:

πέραν δ' ἀργυρορρύταν Ἕβρον
ἐξεπέρασ' ὄχθον.

Atque eadem est codicis abb. Flor. scriptura, nisi quod pro ἐξεπέρασ' habet διεπέρασ'. Varia temptaverunt grammatici coniecturis sat audacibus prolatis in loco leviter depravato. Nimirum

non intellexerunt omnes hoc loco agi de itinere ab Hercule per montes Pyrenaeos ex Hispania in Galliam facto, de quo itinere exposuerunt Silius Italicus III, 415 ss. et Plinius N. H. III, 8. Eos igitur montes poeta significavit voce ὄχθον vel quam ego malim restituere ὄχθους sive ὄχθας. Ne mireris autem ὄχθον vel ὄχθην de monte dici, conferas quaeso Soph. Ant. 1132 Νυσαίων ὀρέων ὄχθαι, Pind. Pyth. I, 122 ὄχθαις ὑπὸ Ταϋγέτου, XII, 3 ὄχθαις ἔπι. Quae si recte se habent, Pflugkii Hartungiique coniecturis receptis scribendum erit:

πέραν ἀργυρορρύτα δ' Ἕβρου
ἐκπέρασεν ὄχθους.

In eodem carmine turbatum est aliquid in v. 413 ss.

κόρας Ἀρείας πέπλων
χρυσεόστολον φάρος
ζωστῆρος ὀλεθρίους ἄγρας.

Nam neque quo referendi sint accusativi φάρος et ἄγρας intellegitur et molestum est πέπλων cum φάρος coniunctum. Accedit quod Hercules in ea expeditione non vestis auro intextae, sed baltei potiundi ducebatur cupidine. Unde liquet pro accusativo χρυσεόστολον φάρος genetivum esse restituendum. Supervacaneum autem illud πέπλων originem traxisse videtur ex glossemate ad vocem φάρος adscripto. Quae si recte disputavi, vide, num ita conformandi sint hi versus:

κόρας τ' Ἀρείας λάβεν
χρυσεοστόλου φάρους
ζωστῆρος ὀλεθρίους ἄγρας.

V. 495 ἅλις γὰρ ἐλθὼν ἱκανὸν ἂν γένοιο σύ

cum nullo modo posset explicari, Reiskius ἅλις mutavit in ἄλκαρ, quam coniecturam receperunt Hartungius et Nauckius. Neque ego negaverim eam et facilem esse et sententiam efficere optimam. Sed alio fortasse modo medicina paranda est

loco laboranti. Mihi enim *ἱκανὸν* vel id quod Barnesius scripsit *ἱκανὸς* glossema esse videtur a librario ad vocem *ἄλις* illustrandam adiectum, quo glossemate in versum recepto expulsum est verbum quoddam genuinum. Scripserim igitur *ἄλις γὰρ ἐλθὼν ὕμιν ἂν γένοιο σύ.* Solent enim poetae tragici adverbium *ἄλις* cum participio aliquo coniungere, veluti in huius fabulae versu 1339 *ἄλις γὰρ ὁ θεὸς ὠφελῶν,* quamquam num is ab Euripide sit profectus recte dubitare videtur Nauckius, et in Oedipodis regis Sophocleae versu 1061 *ἄλις νοσοῦσ' ἐγώ,* quibus locis cum *ἄλις* solum positum sit, hoc verbum *γίγνεσθαι* habes adiunctum.

Offendor in eis, quae dicit Megara v. 537

καὶ τἄμ' ἔθνησκε τέκν', ἀπωλλύμην δ' ἐγώ.

Nam is, cui haec dicit, in eodem quo illa versabatur mortis periculo. Quam ob rem certe non eam, qua utitur, proferre debebat rationem, ut se excusaret, quod ipsa rem explicare adgrederetur. Adde quod ex Herculis responso v. 538 *Ἄπολλον, οἵοις φροιμίοις ἄρχει λόγου* intellegitur Megaram non ea, quae leguntur v. 537, verba locutam esse. Nam si haec dixisset Megara: et morituri erant liberi mei et ego ipsa peritura, certe neque respondisset ei Hercules his verbis: Apollo, quid sibi volt tale exordium, neque v. 544 haec ex ea quaesivisset: *τί δῆτα πρὸς σὲ καὶ γέροντ' ἦλθεν φόβος;* Immo ex verbis *διολλύμεσθα* et *οἰκτρὸν* cognovit Hercules Megaram rem tristem sibi nuntiaturam esse. Quae cum ita sint, hunc versum ab interpolatore adiectum esse putaverim.

V. 678 s. *ἔτι τοι γέρων ἀοιδὸς*
κελαδεῖ Μναμοσύναν

displicet *κελαδεῖ*, cum et proxime sequatur prima persona *ἀείσω* et antecedant *παύσομαι, ζῴην*. Praetulerim igitur *κελαδῶ*, quod a librario propter *γέρων ἀοιδὸς* facile mutari poterat in *κελαδεῖ*.

V. 696 s. Διὸς ὁ παῖς τᾶς (cod. abb. Flor. τὰς) δ' εὐγενίας
κλέος ὑπερβάλλων ἀρετᾷ

non intellego, quomodo hoc enuntiatum eis quae antecedunt adiungatur particula δέ. Numquam enim quod sciam δὲ vim habet, ut ita dicam, confirmativam; duplex autem, quae est huius particulae vis, ut ea et sententia posterior opponatur priori et transitus ab alia sententia ad aliam efficiatur, minime convenit his verbis, quippe quibus causam, cur Herculem celebrent cantu, senes significent. Adde quod metro adversatur τᾶς, quae res movit Nauckium, ut pro τᾶς δ' scriberet τὸ δ'. Quae difficultates omnes sublatae erunt, si mecum restitueris ὃς εὐγενίας.

V. 710 s. ἐπεὶ δ' ἀνάγκην προστίθης ἡμῖν θανεῖν,
στέργειν ἀνάγκη.

Vix crediderim Euripidem vocabulum ἀνάγκη hoc loco repetiisse, praesertim cum eius repetitionis nulla omnino intellegatur causa. Non alienum igitur a vero videtur esse ἀνάγκη v. 711 ortum esse ex eo, quod supra scriptum est, ἀνάγκην. Quam ob rem vide, num legendum sit στέργειν μὲν ἀκμή.

V. 780 ἔθραυσεν ὄλβου κελαινὸν ἅρμα

ineptum est κελαινόν, in quo epitheto explicando frustra elaboraverunt interpretes. Quis enim credat Hermanno id spectare ad scelera, quibus se homines potentes adspirante fortunae aura soleant adstringere. Recte igitur κελαινὸν corruptum esse dixit Nauckius, qui ex coniectura restituit τὸ κλεινόν. Et κλεινὸν quidem, quin recte reposuerit, omnino non potest dubitari, sed minus placet articulus post ὄλβου positus. Ego Euripidi ὄλβοιο reddiderim, quae genetivi forma a librariis haud raro est oblitterata, veluti Soph. Ai. 210.

Gravis inest corruptela versibus 811 ss., qui stasimi tertii sunt ultimi:

ἃ νῦν ἐσορᾶν φαίνει
ξιφηφόρων ἐς ἀγώνων
ἅμιλλαν, εἰ τὸ δίκαιον
θεοῖς ἔτ' ἀρέσκει.

Quos qui explicare conatus est Matthiae, oleum ut aiunt et operam perdidit. Nam neque *ἐσορᾶν* sanum est neque *φαίνει* atque ipsum *ἃ* haud levem nobis inicit dubitationem. Neque vero quidquam coniecturis, quae temptatae sunt a grammaticis, adhuc profectum est. Quis enim credat Pflugkio talia scripsisse Euripidem *ἃ νῦν θράσος ἀμφιβαίνει,* quae nisi ipse illustrasset in commentariis, nemo puto intellegeret, aut Hartungium sequatur, qui haec excogitavit: *τῶνδ', ἂν νῦν ἐσορᾶν φάσκω,* commento Pflugkiano vix meliora. Perridicule enim dictum est *ἡ τῶν ἀνάκτων δυσγένεια εἰσορᾷ εἰς ἀγώνων ξιφηφόρων ἅμιλλαν.* Adde quod hoc loco chorus nullo pacto dicere poterat Lycum dimicationis subiturum esse discrimen, sed augurari debebat de tyranni caede aut iam facta aut certe instante. Quae cum ita sint, versus 810 ss. ita refingendos esse puto:

ἡ δυσγένει' ἄνακτος,
ὃν νῦν ἐσιόντα καίνεις
ξιφηφόρων ....

Versu autem 794 cum Pflugkio scripserim *Σπαρτῶν ἵνα γένος ἐφάνθη.*

Turbati sunt librariorum neglegentia et socordia versus 1002 et 1003

ἀλλ' ἦλθεν εἰκὼν ὡς ὁρᾶν ἐφαίνετο
Παλλὰς κραδαίνουσ' ἔγχος ἐπὶ λόφῳ κέαρ,

qui, cum longum sit omnes grammaticorum coniecturas enarrare et refutare, quomodo refingendi sint, breviter indicabo ipsa, quam veram esse existimo, scriptura proposita:

ἀλλ' ἦλθεν, εἰκὼν ὡς ὁρᾶν ἐφαίνετο,
Παλλὰς κραδαίνουσ' ἄγχι τὸν λόφον κάρᾳ.

Quae si quis legerit, nonne statim ei in mentem incurret lepidissimorum versuum memoria, quibus Aristophanes Ach. 964 s. Lamachum descripsit:

ὁ δεινός, ὁ ταλαύρινος, ὃς τὴν γοργόνα
πάλλει κραδαίνων τρεῖς κατασκίους λόφους.

V. 1092 s. .... *καὶ πνοὰς θερμὰς πνέω*
μετάρσι' οὐ βέβαια πλευμόνων ἄπο

haud facile expedieris verborum conformationem, nisi *μετάρσι' οὐ βέβαια* per appositionem eis quae praecedunt *πνοὰς θερμὰς* adiuncta esse statueris. Sed cum inusitata sit eius modi appositio (nullum enim quod simile sit huic loco reperias exemplum), ego non dubitaverim *πνοὰς θερμὰς* mutare in *πνοαῖς θερμαῖς*.

V. 1146 *οἴμοι τί δή γε φείδομαι ψυχῆς ἐμῆς*

editores omnes Schaeferi coniecturam *τί δῆτα* receperunt. Vereor ut recte. Nam quamquam aperte vitiosum est *δή γε* neque eis, quae disputavit Klotzius in praefatione editionis Pflugkianae p. XX, defenditur, tamen *δὴ ἔτι* et ad sententiam aptius est quam *δῆτα* et propius accedit ad scripturam in libris traditam.

V. 1160 ss. *αἰσχύνομαι γὰρ τοῖς δεδραμένοις κακοῖς*
καὶ τῷδε προστρόπαιον αἷμα προσβαλὼν
οὐδὲν κακῶσαι τοὺς ἀναιτίους θέλω.

Falso quidam *τῷδε* ad ipsum rettulerant Herculem; dubium enim non est, quin hac voce significetur Theseus, quem Hercules viderat adpropinquantem. Id quod iam ex eis intellegitur, quae modo dixerat Hercules: *καὶ τεκνοκτόνον μύσος εἰς ὄμμαθ' ἥξει φιλτάτῳ ξένων ἐμῶν.* Sed sive de Hercule sive de Theseo dictum esse statuis *τῷδε*, haud apto loco positum esse videtur *οὐδέν*, quod ad *θέλω*, non ad *κακῶσαι* referendum esse adparet. Quam ob rem malim *προσβαλὼν* cum *αἰσχύνομαι* coniungere et *οὐδὲν* in *οὐ γάρ* mutare.

V. 1206 *βάρος ἀντίπαλον δακρύοισιν ἁμιλλᾶται.*

Haec verba volgo Hermannum secuti interpretantur 'certat cum lacrimis tuis pondus non minus grave, i. e. dolor facit, ut nolis conspici, ut amicitia in te Thesei postulat, ut retegas faciem.' Sed ut omittam hanc, quam statuit Hermannus, sententiam nullo pacto ex scriptura tradita elici posse, *δακρύοισιν* certe non de Herculis, sed de Amphitruonis dici lacrimis manifestum est. Cum enim obvoluto sedeat capite Hercules neque ullum faciat verbum, quomodo quaeso cognoscat Amphitruo eum lacrimas fundere. Si autem de Amphitruonis cogitandum est lacrimis, patet hunc versum de loco suo remotum esse a librariis est post versum 1209 collocandum. Obsecrat enim obtestaturque Herculem senex, ad mentum genu manumque eius advolutus ac lacrimas profundens, ut vestem reiciat faciemque soli ostendat. Quibus precibus cum nihil omnino profecisset, haec addit: ‚pondus doloris tui ita certat cum lacrimis meis, ut non sinat eas tuam vincere perviciaciam', simulque monet filium, ne ira abreptus nova etiam mala addat pristinis.

V. 1210 ss. *ἰὼ παῖ, κατά—*
σχέθε λέοντος ἀγρίου θυμόν γ', ὡς (*θυμὸν ὅπως* cod. abb. Flor.)
δρόμον ἐπὶ φόνιον ἀνόσιον ἐξάγει.

Scribendum esse videtur *θυμὸν ᾧ.*

V. 1218 *τί μοι προσσείων χεῖρα σημαίνεις φόνον;* recte dixit Nauckius suspectum esse *φόνον*. Quid enim opus erat, ut Hercules manu significaret se parricidio inquinatum esse, cum Theseus suis cerneret oculis cruorem recentissimum corporaque puerorum exanimata? Adde quod *σημαίνεις φόνον* hoc loco tam insolens atque inepta est dictio, ut iam ipsa suspicionem movere debeat. Scripserim igitur *σημαίνεις μένειν*, qua scriptura recepta multo aptius huic versui is qui proxime se-

quitur ὡς μὴ μύσος με σῶν βάλῃ προσφθεγμάτων adnectitur. Videtur autem φόνον a librario ad lacunam explendam adiectum esse.

V. 1251 οὔκουν τοσαῦτά γ', εἰ μέτρῳ μοχθητέον

Scribendum videtur οὐτὰν τοσαῦτά γ'.

V. 1292 s. .... ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς
ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ συγγενῶν δύστηνος ὤν

editores cum Barnesio ex Stobaeo (Flor. CIV, 4) receperunt συγγενῶς. Vereor ut recte. Nam συγγενῶς δύστηνος ὤν quo modo explicem non habeo. Scripsérim igitur συγγενῆ δύστην' ἔχων. Similiter dixit Sophocles OR. 1082 οἱ δὲ συγγενεῖς μῆνές με μικρὸν καὶ μέγαν διώρισαν, quem locum iam Hermannus cum hoc contulit.

V. 1306 s. ἄνδρ' Ἑλλάδος τὸν πρῶτον αὐτοῖσιν βάθροις
ἄνω κάτω στρέψασα

recte intellexit Nauckius corrupta esse verba ἄνω κάτω στρέψασα. coniectura tamen quam proposuit κάτω κάρα ῥίψασα meo quidem iudicio non reddidit sanitatem loco laboranti. Nam cum frequens sit dictio ἐκ βάθρων ἀναιρεῖν vel ἀναστρέφειν (Eur. El. 608, Dion. Hal. VIII, 1, VIIII, 53, ubi male Kiesslingius scripsit ἀνέτρεψε). quin hoc loco restituendum sit ἀναστρέψασα, omnino non potest dubitari. Quod cum librarii cuiusdam errore mutatum esset in ἄνω στρέψασα, adscripto ab altero quod requiri putabat ille κάτω excidit quod primum in hoc versu positum erat πάντως.

V. 1352 τὴν σὴν χάριν τε μυρίων δώρων ἔχω

illatum est ex versu sequenti μυρίων, quod non debebant cum Wakefieldio mutare in μυρίαν. Quid scripserit Euripides, nemo puto inveniet, sententiae tamen convenerit χάριν τέ σοι φίλων δώρων ἔχω.

V. 1410 οὕτω πόνων σῶν οὐκέτι μνήμην ἔχεις;

Haec verba cum non habeant, quo apte referantur (vix enim intellegas, cur Theseus dicat hoc loco Herculem non amplius memorem esse rerum ab ipso praeclare gestarum et v. 1412 ad-

[illegible] probabile est post versum 1409 duos [illegible] dum patrem multis cum lacrimis complectitur, deplorasse videtur fortunam suam atque Amphitruo uberiori etiam fletu similibusque filio respondisse lamentationibus.

V. 1414 ἄγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς ποῦ κεῖνος ὤν;

Nihil proficitur Hartungii coniectura κεῖνος ἦν, in qua quid sibi velit ἦν haud facile explices. Immo si quid video imperfecto ἤσθα v. 1415 ab Hermanno restituto requiritur hoc loco praesens. Quae cum ita sint, κεῖνος ex male repetito κλεινὸς ortum ac scribendum esse existimo: ποῦ δ' ἐστὶ νῦν;

V. 1423 ἡμεῖς δ' ἀναλώσαντες αἰσχύναις δόμον.

Recte αἰσχύναις ut suspectum notavit Nauckius. Scribendum videtur ἄταισιν.